ior labor. neqꝫ vnius diei. ſed qui nunq̄ꝫ incipit nunq̄ꝫ ad effec
tum perueniet. Igiť inuocato diuino auxilio totaliter nos ꝑp
ter imminētem talem neceſſitatem ad hoc opus precingamus
Magni namqꝫ meriti eſt huic negocio inſudare. q̄ꝫuis nō pro
voto idipſum acquirať quod intenditur. Sciendum eſt igiť
ꝙ internus noſter homo triplici morbo eſt infectus. id eſt tria
ſemꝑ concupiſcit. que ſemꝑ deberet ſpernere. Et hic oritur om-
nis illa difficultas proficiēdi in ꝟtutibus. quam boni viri ſen
tiunt etiam vſqꝫ ad mortem. quidam magis. quidam vero mi
nus. Hoc eſt quod dicit beatus Paulus. Uideo aliam legem
in membris meis repugnātem legi mentis mee xx
Ecce bellum mirabile in homine. vnum cōtra vnum. lex dei
contra legem dyaboli. Lex dei dicit Contemne omne quod eſt
in mundo. ⁊ adhere preceptis domini creatoris tui. Cōtra. lex
dyaboli dicit. Nihil ſit tibi cure de inuiſibilibꝰ. ſed ſtude delici
as corporis tui habere. ⁊ honorem huius mundi ⁊ diuitias ad
omnē copiam. Item lex dei dicit. Caue ne audias eam. ſed mi-
hi obtempera. quia omne quod eſt in mundo vanū eſt. nec mū
dus te iuuare poterit nec ſeipſum. Contra. lex dyaboli dicit Ne
permittas te decipi. q2 omnia grauia ſunt. Ego autē habeo tria
que ſunt tibi valde vtilia ⁊ delectabilia. ſcꝫ omnia cōcupiſcibi-
lia carnis tue. ⁊ oculoꝝ tuoꝝ. ⁊ pompam huius ſeculi. exerce te
in iſtis ⁊ felix eris xxi. Ex hac triplici radice oritur omne
malum. ⁊ ideo ꝓ̄mus labor debet h̄ inchoari. vt hec triplex cōcu
piſcentia. carnis videlicet. oculoꝝ. et vanitatis quod eſt ſuper-
bia vite. non quidem radicitus extirpetur. quod eſt impoſſibi
le. ſed cōculcetur. ne herbam peccati germinet. ſicut videmus ꝙ
via que frequenter pedibus teritur non producit gramina q̄ꝫ
uis radicem intus habeat. ſed ſi non calcatur tunc ſtatim vire-
ſcit. Sic anima que ſemꝑ exercetur in via mandatoꝝ dei nō ꝓ
ducit mala opera. q̄ꝫuis inclinationē malam intus adhuc ha-
beat. ſed ſi tepeſcit ab opibus bonis tunc ꝯcupiſcentia mala que
intus dormiuit euigilat. ⁊ in opus prauū foras erumpit

xxij Igitur ſtudioſe precauendū eſt ſi homo ad internam pacem cupit peruenire. ꝙ elonget ſe ab omnibus occaſionibus que has cōcupiſcentias ſolent prouocare. ſicut boni religioſi faciunt qui per caſtitatem ⁊ ieiunia ⁊ diſciplinas ⁊ vigilias ac labores quotidianos mortificant ꝯcupiſcētias carnis ſue. ⁊ maxime fugiendo ocium ⁊ familiaritates. colloquia mulierū. et per paupertatē voluntariam mortificant cōcupiſcentias oculorum. per obedientiam ⁊ ſubiectionē mortificant appetitum ſuperbe inclinatiōis huius ſeculi. cui proxima eſt occaſio omniū peccatorꝝ. que dicitꝛ libertas ſecularis. que nullo iugo diſcipline vult ſubdi contra inſidias viciorꝝ. quod periculoſiſſimū eſt ſicut aperte apparet de milite inſano ⁊ fatuo. qui cum alium ꝑcutere non poteſt inſuꝑ nec ſibiipſi prouidere vult. vt armis ſe muniat contra hoſtium tela. Huic nihil reſtat niſi mors acerba ⁊ finis ſine honore. ſic omnis homo (qui in via dei vult ambulare ſm̄ ꝓpriam voluntatem. ⁊ non precauet ſibi ab occaſionibus peccatorꝝ) periclitabitur Et datur exemplū de dauid qui idcirco in adulteriū cecidit eo ꝙ oculos nō cuſtodiuit. ⁊ in numeratione populi ſimiliter grauiter deliquit. quia informari noluit Si in his tantus propheta ceciderit. quid nobis faciēdum eſt. niſi vt tota diligentia cuſtodiamꝰ corda ⁊ corpora noſtra. Similia multa de alijs leguntur Pax igitur cordis tunc acquiritur quādo mens gratia fortificata vicioſam inclinationem compeſcit. ne malum (quod cupit) perficere poſſit. Nō autem poteſt homo ex proprijs viribus ⁊ de communi gratia internum bellum penitus ſedare. vt nunq̄ malas inclinationes aut immiſſiones ſentiat. ſed poteſt intātum proficere ꝙ huiuſmodi leuiſſime vincat. Et datur exemplū de ꝑncipe aliquo mediocri. qui etſi non poteſt hoſtes ſuos expellere de patria ſua. poteſt tamē eos ligare captiuare aut humiliare intantū ꝙ nunq̄ ſine ſuo conſenſu aliquod dominiū aut tyrannidē in ea exerceāt Hinc dicit beatus Paulus. ꝙ non debeat peccatum regnare in mortali corpore noſtro. quaſi dicat. etſi non poteſtis facere vt non ſit. tamē facere poteſtis vt non regnet xxiij.

Ecce duplex remediū contra peccatum vnum Primū eſt vt ſe elōget homo bone volūtatis ab occaſionibꝰ peccatorꝝ Aliud remedium eſt. vt homo bone volūtatis continue ac feruide bonis ac virtuoſis operibus inſiſtat.

xxiiij Ollicitudo tercia bone volūtatis debet eſſe vt ex pre
dictis duobus. ſcꝫ ex debita cōpoſitione exterioꝝ mo
rum. ⁊ interno exercitio ſpiritualis deuotionis aliquam ſibi re
gulam viuēdi eliciat. iuxta ſui ſtatus ⁊ nature ꝯgruentiā. quā
regulam vniformiter obſeruet. ⁊ in ea vſqꝫ in finem laudabiliť
perſeueret Hoc namqꝫ eſt omniū ſanctoꝝ patrum ꝯſilium Cu
ius etiā exemplū in omnibꝰ (que ſub celo ſunt) videmus Om
nia namqꝫ habent naturam ⁊ modum ⁊ ꝯſuetudinem ⁊ ordi-
nem. ſicut patet in ſole luna ſtellis plantis beſtijs ⁊ in alijs (que
ſm naturam ſunt) vniuerſis qꝫ pulchre qꝫ ordinate qꝫ perſeue-
ranter ⁊ vniformiť cuncta procedūt ⁊ redeunt. currunt ⁊ recur
runt. creſcunt ⁊ decreſcūt. In ſolis aūt humanis moribus irre-
gularitas cernitur. ⁊ quia etiā nec ex natura nec ex induſtria ha
bet homo vt ſuos actus regulare meritorie poſſit. ſed ex gratia
dei. Ideo cōfidere ſibi nullatenus debet. neqꝫ ſibi aſſcribere ſi ali-
quid boni fecerit. debet tamē facere quod in ſe eſt. vt tota natura
et induſtria gratie cooperetur. ne vacua in ſe maneat. Igiť na-
tura per gratiam nobilitata initium eſt bone vite. Hanc cōmu
niter dicunt ſancti patres bonam voluntatē Voluntas namqꝫ
diciť totus homo propter imperium quod habet ſupra ceteras
vires. ⁊ ideo in ea ponitur totum pōdus meriti ⁊ demeriti Si
eñ homo conſentit bono meretur. ſi malo demeretur. Si bono
cooperetur amplius meretur. ſi malo amplius demeretur. Ex
quibus patet ꝙ homo bone voluntatis poteſt iugiter mereri qꝫ
diu eſt in ſtatu vite. Ratio eſt. quia poteſt aut actualiter bono
conſentire aut in bona occupatione ſe tenere. Hoc aūt fit quan
do regulariter viuendo omnia opera ſua ordinat ad gloriā dei.
ſic aut aliter dicendo. Jam volo dormire vel comedere vel hoc
vel aliud facere tali intentione. ſicut hoc merito verus criſtia-
nus facere debet. Et cupio in omnibus placere deo Exemplū
datur de bonis religioſis. de quibus firma ſentētia eſt. ꝙ ſine in
termiſſione merentur. quia ſemꝑ ſunt in obedientia aliqua. qꝫ-
uis non laborent vel orent continue. quia nec hoc regula preci-
pit. ſed quia ſe conformant intentioni regule. Igitur ſiue regu
la precipiat ſiue conſulat aut ad laborandum aut ad quieſcen-
dum ſemꝑ ſunt in obedientia. Quare tam in laborando qꝫ in
quieſcendo (dūmodo ſm inſtitutionē regule faciant) ſemꝑ me
rentur. quia vtrūqꝫ ad virtutē pertinet. ſm ꝙ hoc ſpūſſanctus
fieri inſpirauerit. Juxta hāc formā quilibet eccleſiaſticꝰ vir ſiue

paſtor fuerit prochialis eccleſie ſiue canonicus ſiue vicarius ec
cleſie colleg iate. aut alter qualiſcūqʒ abſtracte vite de patrimo/
nio viuēs poteſt ſibi ſtatuere legem ſanctorꝝ regulis conformē
et ſm illam vniformiť viuere. ſicut viuunt religioſi ſm reglās
ſuas iuxta conſiliū diſcreti viri in ſpiritualibꝰ experti. Hoc modo
cuncte religiōes inchoate fuerunt. Vñ dicit beatus Bernhar/
dus Qui vult bene viuere ſtudeat vnum diem bene inſtituere
Deinde adiungat ſcðm. deinde tercium. ꝛ ſic de ſingulis. donec
paulatim ad bonam ꝯſuetudinem veniat Bona aūt conſuetu
do fortitudinē ſubminiſtrabit. qua acquiſita efficiť homo na/
turaliter ꝟtuoſus. quia ꝯſuetudo eſt altera natura. Ita qꝺ pri/
mo fuit intolerabile per cōtinuationē efficieť ſuaue ꝛ quaſi na/
turale. dūmodo a ceptis non deſiſtat. Qui aūt varijs exercitijs
naturam ſuam diſtemperat nunc illud nūc aliud guſtando. nū
qꝫ erit homo ſolide ſanctitatis. ſed vagus ꝛ pfugus ſup terram
ſibi ꝛ alijs oneroſus. ꝛ vtilis nulli. Vñ dicit Helinādus ꝙ be/
ne viuere eſt vniformiter viuere xxv

Ollicitudo quarta bone volūtatis eſſe debet. vt poſtqꝫ eſt
diligēter informatꝰ. quid ſibi expediat ꝛ quid nō. ſtatim
illud (quod ſue nature ꝛ ſuo ſtatui ꝯueniens eſt) ad practicā po
nat ſicut ſapiens dicit. Quodcūqʒ poteſt manus tua inſtanter
operare. multi nāqʒ decepti ſunt hac temptatiōe dicētes. Quid
habes feſtinare. ſufficit tibi viuere ſicut ceteri viuunt. ꝓpicius
eſto tibi. Cōtra hanc tepeditatē oportet fortiter dimicare vnū/
quemqʒ qui in via dei vult ꝓficere. Qui aūt tepidus eſt ad cha
ritatis augmentū non ꝑueniet. ſed ſi quid habet hoc ipſum per
det. Unde diciť talibus per increpationē illud Naſonis Mi
litie ſpecies amor eſt. diſcedite ſegnes Ut aūt aliquid exēplaris
bone vite nouelli canonici habeāt Dictariū quoddā breue hic
annotamus. quod nihilominꝰ in alijs deuotis libris ꝛ auten/
ticis regulis plenius repitur. Proteſtamur qꝫ nullum preiu/
dicium per hoc velle nos afferre. alijs diuerſis viuendi mo/
dis pfectioribus quaſi ſecurum eſſet altioris vite inſtitutis qꝫ
regula ad hec minima deſcendere. ſed his qui adhuc inſtituēdi
ſunt. iſta qꝫuis exigua obeſſe non putamus

xxvi In primis igiť ſm ꝯſilium beati Auguſtini diliga/
tur dominus ſup omnia. ꝛ primus infra deum. ꝛ ad deum ꝛ ꝓp
ter deum. Et ex iſta dilectione ꝛ ꝓpter ꝯſeruandam ꝛ augmen/
tandā hanc dilectionē omnia alia exercitia fiant tam ſpiritua/

lia q̄ꝫ corporalia. Deī̄ inuocato diuino auxilio dicat hec aut
ſimilia verba in oratione. Domine qui me ex nihilo creaſti et
vſqꝫ in hanc horam perduxiſti. tibi gratias ago rogans vt om
nia preterita peccata mea deleas. ⁊ deinceps a peccatis me preſer
ues. vt reliquū tempus vite mee tibi poſſim plene dedicare
xxvij. Et quia teſte Auguſtino Initium bonoꝝ eſt con/
feſſio maloꝝ. ideo quilibet cupiens placere deo. ſtudeat diligē/
ter ad minus ſemel preteritā vitam diſcutere. ⁊ omnia integre
confiteri. de quibus eum cōſcientia remordet. quatenus ſecuri/
tate adepta animequior exiſtat. Quod ſi ex toto vna vice non
poſſit ſe plene recolligere. tunc paulatim poteſt hoc ſupplere ꝑ
tempus ſubſequēs donec ſerenitas oriatur in corde
xxviij Spe igit̃ concepta poteſt hāc profeſſionē facere in
oratiōe ſua Miſericordiſſime domine ſuſcipe me ad grām tuā
et a malis vniuerſis me preſerua. vt bonuꝫ ꝓpoſitum (quod de
diſti mihi) vſqꝫ in finem meritorie valeam perducere. Propo/
no namqꝫ hanc viuendi formam obſeruare. quātum infirmi/
tas mea mihi ꝑmittit. q̄tenus iuxta ꝯſiliū ſanctoꝝ patrū in ſta
tu gratie tue inueniar. ſiue dormiam ſiue vigilem. ſiue comedā
ſiue bibam. ſiue laborem ſiue quieſcam. ſiue aliud quodcunqꝫ
opus faciam. Ita tamē ꝙ ſi hunc viuendi modum in parte vł
in toto dimittam. non volo alicuius criminis eſſe reus apud
te. ſed libere facere ⁊ libere dimittere ꝓut placet. Si aūt vult ſe
voto obligare tunc poteſt ſic dicere. ꝓmitto tibi domine ꝙ ſic
et ſic volo tibi ſeruire per hunc annū vel duos vel tres aut om
nibus diebus vite mee. donec aliud melius inſpiceres ⁊c̃. ſed
hoc ego non conſulo ꝙ huiuſmodi votum leuiter emittat. niſi
cum magna deliberatione ⁊ preuia experiētia. quia q̄ꝫuis ſit ma
xime meritoriū. tamē in libertate iſtā qua cōmuniter eccleſiaſti
ci nunc viuunt exceptis religioſis. Uix eſt poſſibile ꝙ cōtinue
vnus modus viuēdi a quoqꝫ poſſit ſeruari. ſicut apud religio
ſos fieri ſolet. Uerum faciat vnuſquiſqꝫ iuxta grām ſibi deſuꝑ
datam. Quia qui parce ſeminat parce et metet. Conuertat ſe
etiam toto corde ad beatam ꝟginem mariam. ⁊ ad ꝓprium an/
gelum. ⁊ ad alios ſanctos. ad quos eum deuotio magis incli/
nat pro implorādo auxilio contra ſpirituales nequicias. quia
quādo antiquus hoſtis noſter percipit ꝙ aliq̄s vult ſibi a pec
catis cauere ⁊ ad deum ſe cōuertere. tunc fraudes multiplicat. ſꝫ
qui in domino ſperat cuncta ſuperet

xxix S Ollicitudo quinta quã habere debet homo bone vo/
luntatis iuxta ꝓpoſitum noſtrum. hoc eſt vt ſm apo
ſtolicam doctrinam per ſingulos dies exhibeat corpus ſuum
hoſtiam viuentem bene placentem. rationabile obſequiũ ſuum
vt ſicut ſeruiuit prius peccatis in immundiciã. ſic iam ſtudeat
ſeruire iuſticie in ſanctificationẽ Ad dei ergo gloriam taliter ſe
poteſt inſtituere. ꝙ ſic dormitum eat de ſero vt euigilare aſſueſ/
cat de mane hora tercia. ⁊ ſurgens aliquid boni meditetur. vide
licet de futuro iudicio. quo mõ tunc omnes euigilaturi ſumus
Deinde veſtiendo ſe poteſt aliquid boni legere. puta pſalmum
Quid mľtiplicati ſunt ⁊c. aut aliquod aliud quod placet. Et
ſi aliqua illuſione ſe meminit pollutum. percutiat pectus ſuũ
cum propoſito confitendi. aſpergendo ſe cum aqua benedicta.
et ſic ad oratoriũ vadat. ⁊ debitum ſuum ſoluat ſicut melius po
teſt xxx Solent cõmuniter deuoti eccleſiaſtici premittere
horas beate marie virginis horis canonicis. ſingula ſingulis
reddendo. pſoluas ergo matutinas de beata virgine. ſi aliquod
tempus habes. ⁊ ante pulſum matutinaꝝ de tempore poteſt ſe
ſpiritualiter occupare in bonis meditationibꝰ. ſcꝫ de paſſione
domini. qualem noctem agnus ille manſuetus pro nobis per/
tulit ⁊c. xxxi Cum aũt ad chorum pulſatur ſtatim exeat
venerabiliter cum omni grauitate ⁊ alacritate. ne cum vltimis
veniat xxxij Intrando eccleſiam ſe humiliet quãtum po
teſt. dicens cum publicano. Domine propicius eſt mihi pecca
tori. non em̃ ſum dignus accedere te. ⁊ ſic accedat reuerenter in
clinando ſe ad altare ⁊ crucifixum. ⁊ maxime ad venerabile ſa/
cramentũ. tandem ad ſtallum ſuum veniens cogitet quare ve/
nerit. ⁊ conſideret ꝙ ad nihil aliud q̃ꝫ in conſpectu ſanctoꝝ an/
geloꝝ pſallat domino deo ſuo. Et ergo fabulatiões omnino vi
tet ⁊ ſigna ludicra. totusqꝫ ſit intentus his que tunc cantantur
aut leguntur. Et memor eſſe debet ꝙ non ſolum debitor eſt ad
verba diſtincte pronũcianda vel audienda. ſed etiã tenetur fa/
cere debitam diligentiam ad intelligendum ⁊ aduertenduꝫ ea
que leguntur ⁊ cantantur in diuinis officijs xxxiij
Inſup ⁊ precauere debet ne diſtrahat᷑. ita ꝙ totum ꝓpoſituꝫ
ſuum ſit velle totalit᷑ ſe occupare in diuinis. ⁊ ſi tunc diſtractio
ſuperuenerit excuſatur. ⁊ q̃ꝫcito deprehẽdit ſe alienatũ. ſtatim re
currat totiens quotiẽs. Finitis matutinis grãs agat deo aſſcri/
bendo ipſi ſi quid benefecerit. ⁊ de negligẽtijs ſuis veniam petat

et ſi tempus patitur poteſt ad dominū redire pro neceſſitatibꝰ
ſuis. ſꝑ illud obſeruādo vt ſilentiū ſeruet donec miſſam celebra
uerit vel audierit. niſi forte loquēdo pauca verba pro neceſſita
te occurrēte aut vtilitate xxxiiij. Et deinde legat primā de
beata maria preparādo ſe ad primā diei in eccleſia pſoluēdam.
ſicut ſupra de matutinis. Si vo tunc capitulū tenetur. diligen
ter ſe obſeruet ne in vbis excedat. ſemꝑ inuocādo ſpiritū ſanctū
quia alꝰs citius ibi peccatur ꝙ aliquod bonū agatur. Si tamē
aperte cōtra deum ꝛ iuſticiā ꝛ fraternā caritatem ibi dicit. tunc
benigne pro ſuo intereſſe dicat ſibi talia non placere. dando rō
nem ſuauiter. ne alij ſcandalizētur xxxv Et eſt notandū ꝙ
dyabolus maxime nititur in capitulis furorē ſuſcitare. vt miſ-
ſas ſubſequētes impedire poſſit Quare ꝯgruū videtur ꝙ nego
cia cōtentioſa alio tempore tractent. ne deuotio celebrantiū im
pediatur. Poſt caplm ſi poteſt habere ꝯfeſſorem libenter ꝯfitea
tur xxxvi Deinde ad miſſam ſe preparet ſiue celebrandā ſi
ue audiendā ꝑut ſecum diſpoſituꝫ fuerit. ꝛ ſi celebraturꝰ eſt aut
cōmunicaturus tunc in quātum poteſt obliuiſcatur omniū pre
teritoꝝ. ꝛ ad deuotionē ſe ſummo ſtudio applicet vt dignum ē
quatenus tanti ſacramenti fructus deo ſibi propicio efficaciter
percipere mereatur. Sunt preterea diuerſoꝝ patrum ſcripta de
venerabili ſacramēto ꝛ miſſe celebratione. ꝛ quodcūqꝫ ſibi ma
gis conuenit hoc eligat xxxvij Ad terciam ſextam ꝛ nonā
deinde ſimilit̄ ſe preparet ſicut iam dcm̄ eſt de prima. Nec opus
eſt hic plura documenta apponere pro viris barbatis. q̄ ꝛ qua
lia pueris in ſcholis preponūtur. ne dominis venerabilibꝰ in
iuriam facere videamur. Sufficit meminiſſe illiꝰ Ambroſia-
ni. Hoc eſt pulchritudinē viuendi tenere ꝯuenictiam cuiuſqꝫ
ſexus perſone reddere Hic ordo geſtoꝝ optimus. Hic ornatꝰ
ad omnē actiōem accōmodus. ꝛ illius Auguſtini In omnibꝰ
motibus noſtris nil fiat quod cuiuſqꝫ offendat aſpectum. ſꝫ ꝙ
noſtram doceat ſanctitatē xxxvii Demum finitis diuinis
quādo prandēdi tempus aduenit cum omni ſobrietate ꝛ grati
tudine cibum ſumat. ſemꝑ benedicite premittēdo flexis genibꝰ
aut reuerēter ſtādo. elemoſynā aliquam corporalē (ſi facultas
affuerit) faciat. ſimilit̄ ꝛ ſpiritualē. ſcꝫ De profundis. cum colle
cta Fideliū deus ꝛc. ꝑ animabus in purgatorio detentis. Si-
militer pro afflictis ꝛ tribulatis aliquid poteſt breuiter mente
tractare. ꝑut dominus dederit ſibi

xxxix Modum in ꝯmedendo teneat. quem beatus Ber
nardus deſcribit. vt ſcꝫ tractim cibum ⁊ potuꝫ ſumat. ſingulos
morſellos bene maſticando. quia tūc dulcius ſapit. nutrit meli
us. ⁊ digeritur ſalubrius. Omnino memor ſit ſanctorū ange
lorum preſentiam adeſſe. in quorum conſpectu ſe reuerēter ha
bere debet xl. Faciat etiam ſibi aliquid legi de diuina ſcrip
tura. vt ſole fauce corporalem cibum ſumant. ⁊ mens ſuo fercu
lo nō fraudetur. Si vero lectorem non habet. tūc ponat librū
ante ſe. ⁊ q̄ꝫtum poteſt legat pro habenda memoria ſpiritualiū
xli. Conuiuia. ⁊ hoſpites. ⁊ nūdinas. ⁊ dedicationes. et
cōcurſus hominuꝫ ſtudeat euitare. quia teſte beato Jeronimo
ſunt quaſi quedaꝫ cathene voluptatis. ⁊ qui talia diligit chri
ſto diſplicet. Si auteꝫ hoſpites pauperes aut religioſos habu
erit. aut viros boni teſtimonij. qui eum a bono propoſito nō re
trahant. laudabile eſt xlij. Ter in qualibet ſeptimana ec
cleſie ieiunijs exceptis. a carnibus poteſt abſtinere. Sextis fe
rijs a lacticinijs ⁊ ouis abſtineat. niſi infirmitatis aut alia cau
ſa rationabilis obſiſtat xliij. Facto prandio gratias dicat
xliiij. Simul dolendo ſi in modo aut menſura exceſſit.
quia ſm̄ ſententiam beati Auguſtini. Raro poteſt debita men
ſura ſeruari. Ait enim. certo quotidie aduerſus manducandi
ꝯcupiſcentiam ⁊ bibendi. ⁊ quis eſt qui nō rapitur aliquantu
lum extra metas neceſſitatis. xlv. Deinde poteſt pro recre
atione quaſi ſpaciādo tranſire ſine magno motu. quia talis am
bulatio eſt ſana. Eccleſiaſtici em̄ viri qui volunt ſollicite ſuuꝫ
officium exercere. non habent tempus pro groſſis operibus fa
ciendis. ⁊ ergo debent ſe diligentius regere in dietis quotidia
nis. ne in diuino officio inabiles fiant. Poſt hec ſi nature mee
ꝯuenit poteſt parum quieſcere. ⁊ maxime in eſtate ne caput gra
uetur xlvi. Reliquum tempus vſqꝫ ad veſperas poteſt li
bere expendere ſicut placet. videlicet ſcribendo. legendo. carpen
tando. aut in ortulo aliqua plantando. ſiue cum familia collo
quendo de cura rei familiaris ⁊ neceſſarijs domꝰ. ſemper illud
obſeruando ne cor nimium elongetur a deo. quia al's difficul
ter redibit in priſtinam deuotionem Si autem ſentit ſe graua
tuꝫ. tunc poteſt honeſta colloquia ⁊ ſolacia admittere. ſicut ſu
pra dictum eſt. Cum autem veſpertinum tempus aduenerit.
tunc preparet ſe ſicut dictum eſt de alijs horis Similiter de cō
pletorijs. ſuo modo iuxta ritum ⁊ morem eccleſie ſue ⁊c̄.

xlvij. Deniqꝫ ſi cenandum eſt. procedat ſicut dictum eſt
de prandio xviij. Si vero ieiunium extiterit. tūc ſm̄ con
ſuetudinem poteſt aliquis parum guſtare. ſiue de ſpeciebus ſi
ne de torta cum potu competēti xlix. Semper tamen ob
ſeruandum eſt ꝙ cena frugalis eſt ⁊ ſobria. alioquin multa in
conuenientia ſentiet. Mirum eſt dicere quomodo nonnulli
de elemoſinis pauperum vētrem replent vltra q̄ꝫ digerere poſ
ſunt. Qꝫ ſi gratis huiuſmodi delicie darent̄ forte ſimplex ma
lum eſſet. ſcꝫ corporis debilitatio. Nunc autem anime grauta-
men accreſcit. pro eo ꝙ vix aliquis poteſt ſatiſfacere de elemoſi-
nis. etiam ſi tm̄ extremum victum ⁊ veſtitum de illa ſuſciperet
Quid ergo de iactura hac tam grādi tot epularum ⁊ deliciarū
De hoc autem ſunt horrēde ſentētie beati Jeronimi ⁊ Bernar
di. Uerum quilibet onus ſuū portabit. .l. Completo de
niqꝫ die quorūdam mos eſt ꝙ nihil poſt cenam loquātur. ſed
ad oratorium feſtinant pro operibus ſpiritualibus exercēdis
⁊ hoc videtur ſatis opus perfectum. nec illa perfectio omnibꝰ
data eſt. qui poteſt facere faciat. li. Si autem honeſte re-
creari voluerit cum familia ſua. hoc nō eſt incōueniens
lij. Quo facto anteq̄ꝫ lectum petat. diligēter ſe recolligat
quomodo diem illum expēderit. de negligentijs veniam petē
do. ⁊ ſi aliqua notabilia peccata (licet venialia) inueniat ſe cō-
miſiſſe. diligenter aſcribat ad diticaꝫ. ne obliuiſcatur vt in cra
ſtinū ea ꝯfiteatur. De bene autem geſtis gratias agat domino
deo. ſimul humiliter rogans eum vt futuram noctem ſibi ſalu
brem ⁊ in puritate ⁊ caſtitate. ac ſine om̄i demonum infeſtatiōe
trāſire ꝯcedat. quatenus iterum mane ſurgens denuo ip̄m cū
omnibus ſāctis laudare mereatur liij. Jacens etiam in le
cto aliquid boni ſtudeat cogitare. donec ſimul cum ſancta cogi-
tatione obdormiat liiij.

Ollicitudo ſexta timorati viri iuxta formulam illaꝫ eſſe
debet pro perſeuerātia in bono quod incepit. ſm̄ illud ſal-
uatoris. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit Un
de dicit beatus Gregorius. Incaſſum bonum agitur ſi ante vi
te terminum deſeratur. Quia fruſtra velociter currit. qui pri-
uſq̄ꝫ ad metam venerit deficit Uarijs nanqꝫ modis nititur an
tiquus hoſtis quem ſanctū virū in ſue ſanctitatis propoſito
fallaciter impedire. ne ſcꝫ aliquod bonuꝫ inchoet. ⁊ multo am
plius inchoata opera bona conſummet. ſciens ꝙ ſola perſeuerā

tia cõronam meretur  lv.  Hinc apud religioſos (qui in
ſchola virtutum quotidie verſantur) penaliter inhibentur om
nes prorſus occaſiones recidiuandi. ſcꝫ ꝙ non debent cum per
ſonis ſecularibus multum conuerſari. etiam ſub pretextu pie/
tatis ꝙ non debent egredi ſine notabili cauſa fores monaſterij
Inſuper ⁊ volũtarie magnas penas ſibi imponũt ſi hec que di
cta ſunt ⁊ alia transgrediantur ab eis. profeſſionem etiam ſolē/
nem faciunt in conſpectu eccleſie pro quadam confirmatione
omnium que in regula traduntur. quatenus vniuerſi ſciant
eos debitores que in ipſa regula ſcripta ſunt Ecce venerabilis
domine qꝫ ſuſpecti ſunt habendi qui contrarium facere immo
⁊ alios docere volunt. ſcilicet ꝙ obſeruantie regulares ſint mi/
nus perfecte. propterea quia neceſſarie cogunt ad bonum. non
eñ tales vident qꝫ prona ſit humana infirmitas ad malũ. eti/
poſt votum. Sancti namqꝫ patres multiplici experiētia edo
cti. huiuſmodi regulas ⁊ ſtatuta penalia ex inſtinctu ſpiritus
ſancti ediderũt. ne filij eorum deinceps occaſionem inuenirēt
aliquo modo redeundi ad vomitum. Unde dicit beatus Je
ronimus. Principium alicuiꝰ operis. (ſi nõ ſit bona ⁊ matu/
ra prouiſio) ſolet ſubſequi quoddam carnale. etiaꝫ dei templa
ſpiritus ſancti vaſa (niſi diligenti ſeruarentur cuſtodia) pro/
ſtibula fiunt  lvi.  Hec quia ita ſunt ſummopere timen/
dum ⁊ cauendum eſt a ſepedictis canonicis aut vicarijs. ne ab
initio ſuadente diabolo propter vite libertatem decipiantur.
Tāto enim plures occaſiones habet diabolus eos temptādo
quāto ſunt magis indifferentes ad omnia opera. etiam ſi tāto
periculo dimicāt cum eo boni religioſi. qui ſumma cuſtodia et
prouidentia ſe premuniũt. quid ergo putamus laboris habe/
bũt illi qui pene ſoli ſunt cum eo cõflicturi. Uerumtamen non
iſta dicimus quaſi ſoli religioſi ſecuri ſint et nõ alij. cum ſcrip/
tum ſit. Fidelis deus qui nõ permittit ſuos temptari vltra qꝫ
ſufferre poſſunt. Sed ad auiſanduꝫ de magnitudine periculi
quia reuera vt cetera taceamus. plurimos vidimus deiectos
aſtucia ſerpentis quos bonum nimium ſpectabiles reddebat.
Nec mirum. qui eñ (vt plerumqꝫ accidit de) via peccatorũ cõ
uertitur ad ſtatum penitentie. nec in ſchola virturũ exercet. nec
magiſtros ydoneos habeat. aut ſi habet nõ omnīo perfecte eos
audit. ⁊ quotidie tot ſcandala ⁊ exēpla mala āte oculos cernit
totqꝫ circũuolātes ſpiritales nequitias patitur. Quid inquā

mirum ſi talis faciliter relabitur in id quod deſeruit. Multa
igitur ſollicitudine opus eſt pro perſeuerantie dono. Quicū-
qꝫ igitur preſcriptam formulam aut aliam tenere voluerit. nō
putet id ſe ſuis viribus poſſe. quātūcūqꝫ etiam facilis appare-
at. ſed ad dominum iugiter clamat. vt det bonum initium. meli-
us mediū. ⁊ optimum finem. ⁊ ſi gratia arriſerit ſemper ſit pa-
uidus ne eam amittat lvij. Quia teſte Auguſtino. Ma
gnum eſt donum quando delectat bonū. Alioquin niſi diuina
miſericordia iugū alleuiauerit importabile eſſet. Unde Ori-
genes Anteq̄ꝫ ſermo dei audiatur nō eſt temptatio vel tribula-
tio. ſed vbi ſignū belli predicationis tuba oſtendit. tribulatio-
nū pugna inſurgit. Hoc aūt quare ſit dicit beatus Auguſtin⁹
Quia cum anima incipit ꝯfugere ad ihesum. ſtatim ꝯtra eam
iraſci ⁊ ſeuire incipit inimicus. At vbi anima que vitijs ſeruie
bat ad culmina vitutum ſe ꝯtulerit. perſecutionem patitur vi
tiorum. Hinc ſcriptum eſt. Fili accedēs ad ſeruitutem dei ſta
in iuſticia ⁊ timore. ⁊ prepara animam tuam ad temptatiōem
Uerūtamen iſte timor ⁊ labor nō ſine gaudio eſt. Sicut beat⁹
Jacobus dicit lviij. Omne gaudium exiſtimate fratres
cum in varias temptationes incideritis. Hic Jeronimus ait
Nullum puto in hac vita ſine temptatione viuere. cui forte ſi
vna tollitur. mox aliam ſecurius expectet. Hoc aūt debet eſſe cō
ſolatorium vniuerſis. qui temptationibus exercentur. qđ di
cit beatus Gregorius. Hoſtis noſter quātomagis nos ſibi re-
bellare ꝯſpicit. tanto amplius expugnare ꝯtendit. Eos enim
pulſare negligit. quos quieto iure ſe poſſidere ſentit. Et illud
Auguſtini. Nō eſt maior temptatio q̄ꝫ nulla temptatiōe pul-
ſari. Hinc dicit ſanctus Thomas notabile verbum. Multi
grauiter ceciderūt in aduerſis. ſed multo plures ⁊ multo gra-
uius ceciderūt in proſperis. eo ꝙ temptatio quādoqꝫ ſentitur
in aduerſitate. ſed raro in proſperitate. Uerbi gratia. Cum ali
quis increpatur affligitur in corpore. moleſtatur in rebus vel
amicis. ſentitur temptatio ſiue motus impatientie. indignati
onis vel odij. Cum vero diligitur. laudatur. honoratur. tunc
ſentitur extollentia ⁊ inordinata mentis delectatio. nec attēdit
miſer homo quantum ſibi placeat indebite qui alijs placere ſe
credit. Et q̄ꝫto minus ⁊ rarius ſentitur temptatio. tanto min⁹
⁊ rari⁹. etiam tanto difficilius temptatiōi reſiſtere poteſt. qua
re etiam homo facilius vincitur lx.

Ollicitudo ſeptima boni viri ⁊ precipue illius (qui in ſa
cris ordinib⁹ eſt ɔſtitutus) eſſe debet pro ſalute alioꝝ. vt
ſcȝ ſuo bono exemplo ⁊ exhortatiõe alios a peccatis trahat ⁊ ad
bonam vitam ducat. ⁊ precipue illos qui ſibi cõmiſſi ſunt. aut
quibus cõuiuit. Hoc nãqȝ eſt maxime meritoriũ ſimul ⁊ iuſtũ
Quia qui aliquãdo prauo exemplo aut forte negligẽtia ſua a
lijs fuit cauſa damnatiõis. Jam ſtudere vtiqȝ debet vt aliquos
rapiat de faucibus inimici. ⁊ ad ouile criſti pducat. De hoc ſic
dicit Auguſtinus. Non tm̃ curemus habere bonam ɔſcientiã.
ſed etiã bonã famam quãtum in nobis eſt ꝓpter exemplũ alioꝝ
Jtem Gregori⁹ Qui in occulto bene viuit. ſed alieno ꝓfectui
minime proficit carbo eſt. Qui vero in imitatiõe ſanctitatꝭ po
ſitus lumen rectitudinis in ſe multis demõſtrat lampas eſt. qꝛ
et ſibi ardet ⁊ alijs lucet. hec aũt emendatio nõ ſecure fit niſi pre
uia orõne. ⁊ cum omni cõpaſſione. ⁊ in mãſuetudine. Juxta il
lud pſalmiſte. Corripiet me iuſtus in miſericordia ⁊ increpa-
bit me. Jtem quoniã ſuperueniet manſuetudo ⁊ corripiemur.
Correctio tamẽ prelatoꝝ requirit alium modum nõnunqȝ ꝓp
ter circũſtantias occurrẽtes. ſed ſimplex clericus aut preſbiter
nihil debet vltra facere qȝ apoſtolus dicit. vt ſcȝ procedat in ſpi
ritu lenitatis. ſeipm̃ ɔſiderando humiliter. ne in ſupbiam ele-
uetur ⁊ currat. poteſt aũt ſic aut aliter dicere Miror ſatis de me
ipſo ꝙ non amplius ſtudeo emendare vitam meã. cum quoti-
die video mortem appropinquare. ⁊ neſcio quãdo reſpõſurus
ſum tremendo iudici de ſingulis que feci aut cogitaui. Hec ⁊ ſi
milia ſolent prouocare nõnullos ad compunctionẽ Qꝫ ſi nul
lum compũctionis ſignum oſtendunt. tunc ſi pie vult eos am
monere poteſt ſic aut ſimiliter dicere. Bone amice ſi velletis li-
benter dicerem vobis aliqua que in corde meo diu portaui Et
tunc proponat ſibi benigne in quibus eſt defectuoſus. quia ali-
ter non recipiet. ſi iracundus ⁊ indignabũdus emendator ap-
paruerit. Verum quia ſunt quidam qui huiuſmodi preludia
nõ poſſunt ſufferre. ſed magis rotundo modo volunt alloqui
ſed neſcio ſi in ſpiritualib⁹ deſeruiat. ſcio ꝙ taliter ſolent loqui
Ego ſum ſimplex ⁊ planus. nõ poſſum me ita ſapientẽ habere.
Sed conſideret vir ſenſatus qȝ ſint proni ad iram ſi defectus
coꝝ modo ꝓferantur. Dicunt quidam ſe libẽter recepturos in
formatione. ⁊ idipſum petunt. ſed cum res ad effectum venerit
inflammãtur. iraſcũtur. ⁊ nõnunqȝ peiores fiunt qȝ ante fuerũt

Modeſtia igit̃ eſt in talibus magis congrua. q̃uis aliter quidam putant ꝓcedendū. Uerum quomodocūq; ꝓcedatur dum frater emendetur ſatis eſt. Unde dixit quidam venerabilis pater in heremo Sicut demon non expellit demonē. ſic vir paſſionatus non curat paſſionatū. De hac aūt materia ſunt multa dicta ſanctoꝝ patrum. que hoc vnanimiter cōcludunt. q̄ fraterna correctio ſecure fieri non poteſt. niſi multa diſcretione ſit ſalita. ⁊ ſicut nemo leuiter ꝓrumpere debet in ꝓpriam laudem. ſic nec in alioꝝ correctionē. Quia alios recte increpare ⁊ ſe digne laudare difficillimū eſt apud imperfectos

Explicit formula viuendi canonicoꝝ

Ec preſcripta formula viuendi canonicoꝝ edita eſt a quodā religioſo ordinis Carthuſienſis vtiq; magne ſcientie ⁊ deuotionis viro. vt ex hoc eius patet opuſculo. Et quoniā in pleriſq; tam cathedralib⁹ q̄ȝ collegiatis eccleſijs poſt traditam eccleſijs a maioribus noſtris ſaluberrimā canonicoꝝ ſecularium regulam ab eccleſijs receptam ⁊ ad temp⁹ obſeruatā. tot ⁊ tante diſſolutiones abuſiones ⁊ corruptele ſucceſſu temporis ſuccreuerūt. q̄ ab ipſis eiuſdem regule obſeruātia fere penitus eſt ſuffocata. ꝓpter quod modernus ſeculariū canonicoꝝ ſtatus eſt animaꝝ periculis plenus. ⁊ a ſtatu gratie plurimū elongatus. Ideo valde ꝯſultum eſſe videtur vnicuiq; ſeculari canonico deſideranti in ea vocatione (qua vocatus eſt hoc eſt in illa eccleſia in qua p̄bendatus eſt) ꝑmanere et animā ſuam ſaluam facere. vt ſupradictā viuendi formulā diligenter attendat. ac iuxta poſſibilitatē ſuam ad practicam ponat ⁊ obſeruet Eſt em̄ debito ſeculariū canonicoꝝ ſtatui (ꝓut preſentis patitur qualitas temporis) optime ꝯueniens. Porro etiam ceteri ſeculares clerici ⁊ precipue vicarij alijq; preſbiteri ⁊ in ſacris conſtituti iſtam regulam vel formulā animaduertant. Nam et ipſi in ea modum viuendi ſibi valde congruum deſcriptum habent


II
Ст. 14.111
II
Ст. 14.112
II
Ст. 14.113
V.

II сидор
Ст. 14.111
II
Ст. 14.112
II
Ст. 14.113